Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

facta est tibi. nolusti erubescere. Lxx. Facies meretricis facta ē tibi.
sine rubore facta es ad omnes. Qua supra dixerat non peccaui. &
magis peccauerat sua scelera denegando. id circo nunc arguit
quasi mulierē procacē & nimię impudentię quod non adunum
& ad alterū peccaui uultu feratur: s. nullū erubescat. Vtamur hoc
sermone aduersū hereticorū conciliabulū qui in suis erroribus
gloriantur: Ergo saltem amodo uoca me pater. mis. dux uir
ginitatis meę estu. Numquid uasceris impetuū. aut pseuera
bis in finem. Erubescant heretici qui nolunt ad meliora conuerti.
nec egredi ad patrē suū creatorē & audiant. saltem. amodo
uoca me pater. mis dux uirginitatis meę estu. ipse despondit
animā uram amplexibus suis. & docet quomodo orare debeat.
& agere penitentiā. Quanto autē ille clementior. qui salutis
post fornicationē ostendit uiā. tanto miserior. meretrix quę
nonuult post uulnera recipere sanitatē. Ecce locuta es & fecisti
mala. & posuisti. Puerbis penitentię uerbis superbię blasphe
masti & implesti mala cogitationē tuā. & ostendisti contra
riam fortitudinē tuā. ut possis facere quod sermone trac
tasti. Et dixit dns adme in diebus iosie regis. Numquid
uidisti quę fecerit aduersatrix israel. abiit sibimet sup omnē
montē excelsū. & subter omne lignū frondosū & fornicata
ē ibi. Et dixi cū fecisset hec omnia adme conuertere. & non
est conuersa. Et uidit preuaricatrix soror eius iuda. quia p
eo quod mechata est aduersatrix israel. dimisissem eam & de
dissem ei libellū repudii & nontimuit preuaricatrix iuda
soror eius. & abiit & fornicata est etiā ipsa. & diffiecuita
te fornicationis suę contaminauit terram. & mechata est
cū lapide & ligno. & in omnibus his non est reuersa adme pre
uaricatrix soror eius iuda in toto corde suo s. in mendacio
ait dns. Aliorū tormenta. aliorū remedia sunt. cumq; pu
nitur homicida. recipit quidē ipse quod fecit. s. alii deter
reantur abscelere. Decē igitur tribus que appellantur israel.
captis abassiriis mediamq; translatis. duę tribus iudę &
beniamin quę debuerant similiter formidare. & tota ad